

non iis, quorum laus emōri non potest. Exilium autem terribile iis quibus quasi circumscriptus est habitandi locus <sup>1</sup>; non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Te miseriae, te ærumnæ premunt omnes, qui te beatum, qui te florentem putas; tuæ libidines te torquent; tu dies, noctesque cruciāris, cui nec satis est, quod est; et id ipsum, quod habes, ne non diuturnum sit futurum, times <sup>2</sup>; te conscientiae stimulant maleficiorum tuorum; te metus exanimant iudiciorum atque legum; quocumque aspexisti <sup>3</sup>, ut furiae sic tibi occurrunt injuriae, quæ te respirare non sinunt. Quamobrem, ut improbo et stulto, et inerti nemini bene esse potest; sic bonus vir, et fortis, et sapiens miser esse nemo potest. Nec verò <sup>4</sup>, cujus virtus, moresque laudandi sunt, ejus non laudanda vita est: neque porro fugienda vita, quæ laudanda est; esset autem fugienda, si esset misera. Quamobrem, quidquid est laudabile, idem et beatum, et florens, et expetendum videri debet. Cic., *Paradox II.*

1. *Quibus locus habitandi est quasi circumscriptus*, que tienen como limitado el lugar de su residencia.

2. *Times ne non futurum sit diuturnum*, temas que ha de durar poco. (Pudo decir igualmente: *times ut ne*; como dice en otra parte: *Timeo ut ne veniat*. Conviene notar que en latin dos negaciones se destruyen, en vez de que en castellano niegan con más fuerza.)

3. *Quocumque aspexisti*, adonde quiera que vuelves los ojos.

4. *Nec verò...* El orden directo es: *Nec verò non laudanda est vita ejus, cujus virtus*, etc., y en verdad que no puede dejarse de elogiar la vida de aquel, cuya virtud, etc. (Véase aquí confirmado lo que hemos dicho en la nota 2: el *non* se destruye con el *neque*. Con respecto á la inversión de esta frase, véase la nota 1, pág. 86.)

## EXTRACTOS DEL TRATADO

DE

# GEOGRAFÍA ANTIGUA

POR POMPONIO MELA

I

*Proemio.*

Orbis situm dicere aggredior <sup>1</sup>, impeditum opus, et facundiae animimè capax (constat enim ferè <sup>2</sup> Gentium, locorumque nominibus, et eorum perplexo satis ordine, quem persèqui, longa est magis quàm benigna materia <sup>3</sup>), verum <sup>4</sup> adipisci tamen cognoscique dignissimum, et quod, si non <sup>5</sup> ope ingenii ornantis, at ipsa sui contemplatione pretium operæ attendentium absolvat <sup>6</sup>. Dicam aliàs plura, et exactiùs: nunc autem, ut quæque erunt clarissima et strictim <sup>7</sup>. Ac primò quidem quæ si forma Totius <sup>8</sup>, quæ maximæ partes, quo singulæ modo sint, atque habitentur, expe-

1. *Aggredior dicere*, me propongo describir. (La palabra *dicere* es propia de los oradores; pero Mela la emplea aquí como equivalente á *describere*.)

2. *Constant enim ferè*, pues se compone en su mayor parte.

3. *Materia magis longa, quàm benigna*, tarea que tiene más de prolija que de agradable. (Esta queja de Pomponio da á conocer cuánto amaban la elocuencia los Romanos. Hasta el mismo Cicerón, príncipe de los oradores, desistió del pensamiento de escribir una Geografía, porque en ella no podría lucir las galas del lenguaje, según se infiere de una de sus epístolas á Atico.)

4. *Verum.... tamen....* (Tmesis.)

5. *Si non.... at....* ya que no... por lo menos.... (La conjunción *at* precedida de *si non*, significa lo mismo que *saltèm*.)

6. *Absolvat pretium operæ attendentium*, recompensa á los lectores.

7. *Strictim*, compendiosamente.

8. *Totius*, del todo, del mundo.

diam<sup>1</sup>; deinde rursus oras omnium et litōra, ut intra extrāque<sup>2</sup> sunt, atque ut ea subit, ac circumluit pelāgus<sup>3</sup>; additis quæ in natūra regiōnum, incolarumque memoranda sunt. Id quò facilius sciri possit atque accipi<sup>4</sup> paulò altiùs summa repetetur<sup>5</sup>.

## II

*Noticia general del mundo y sus partes.*

Omne igitur hoc, quidquid est<sup>6</sup>, cui mundi cœlique nomen indidimus, unum id est, et uno ambitu se, cunctāque amplectitur. Partibus differt: unde sol oritur, Oriens nuncupatur, aut Ortus: quo loco demergitur<sup>7</sup>, Occidens vel Occāsus: quā decurrit, Meridies: ad adversa parte, Septentrio. Huic medio terra sublimis cingitur undique mari<sup>8</sup>; eademque in duo latēra, quæ hemispheria nominantur, ab oriente divisa ad occāsum, zonis quinque distinguitur. Mediam æstus infestat<sup>9</sup>, frigus ultimas: reliquæ habitabiles paria agunt anni tempōra, verūm non pariter<sup>10</sup>. Antichthōnes

1. *Expediam*, explicaré.
2. *Intra, extrāque*. (Dice *intra* por el Mediterráneo, *extrā* por el Océano.)
3. *Subit ac circumluit ea pelagus*, se entra el mar en ellas, y las rodea por todas partes. (Dice *subit* por el Mediterráneo, que, empezando en el estrecho de Gibraltar, continúa penetrando por el Africa, Asia y Europa; y *circumluit* por el Océano que rodea toda la tierra.)
4. *Sciri atque accipi*, saberse y entenderse. (*Scire* es saber por sí mismo; *accipere*, por medio de intérprete ó maestro.)
5. *Summa repetetur*, daré principio á mi obra.
6. *Quidquid est*, sea lo que quiera. (En esta cuestión manifiesta dudar Pomponio Mela, porque muchos filósofos de la antigüedad creyeron que el mundo era animado, y aun algunos pretendieron divinizarle: opinión tan absurda, que no necesita rebatirse.)
7. *Quo loco demergitur*, por donde se pone.
8. *Cingitur undique mari*, está rodeada de agua por todas partes.
9. *Æstus infestat mediam*, en la del medio hace un calor insupportable. (Esta zona es la llamada *tórrida* por los geógrafos, comprendida entre los dos trópicos, y dividida por la equinoccial.)
10. *Agunt patria tempora anni, verūm non pariter*, tienen las mismas estaciones del año, pero en distintos tiempos. (Esto dice porque cuando es verano para los unos, es invierno para los otros, y al contrario.)

altēram<sup>1</sup>, nos altēram incolimus. Ilius situs<sup>2</sup> ob ardōrem intercedentis plagæ incognitus; hujus dicendus est. Hæc ergo ab ortu porrecta<sup>3</sup> ad occāsum, et quia sit jacet<sup>4</sup>, aliquantò, quàm ubi latissima est, longior, ambitur omnis oceāno, quatuorque ex eo maria recipit; unum a septentrione, a meridie duo, quartum ab occāsu. Suis locis illa referentur. Hoc primum angustum, nec ampliùs decem millibus passuum patens, terras apérit atque intrat. Tum longè latèque diffusum abigit vastè cedentia litōra<sup>5</sup>, iisdemque ex diverso<sup>6</sup> propè coeuntibus, adeò in arctum agitur<sup>7</sup>, ut minùs mille passibus pateat. Inde se rursus, sed modicè admōdum laxat<sup>8</sup>: rursusque etiam quàm fuit arctius exit in spatium. Quo cum est acceptum, ingens itērum, et magnæ palūdi, cetērum exiguo ore, conjungitur. Id omne quā venit, quaque dispergitur, uno vocabulo *nostrum mare* dicitur. Angustias, introitumque venientis, Fretum appellāmus. Quā diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat<sup>9</sup>. Ubi primūm se arctat, Hellespontus vocatur; Propontis<sup>10</sup>, ubi expandit. Ubi itērum pressit, Thracius Bosphorus<sup>11</sup>. Ubi itērum effundit, Pontus Euxinus. Quā palūdi committitur, Cimmericus Bosphorus<sup>12</sup>. Palus ipsa Mæotis.

1. *Antichthones incolunt alteram*, en la una viven los antípodas. (*Alter* repetido se traduce por *alter* el uno, *alter* el otro.)
2. *Situs illius est incognitus*, la situación de la primera nos es desconocida. (Cuando se encuentran en la oración los demostrativos *hic, ille*, refiriéndose á los nombres de que se viene hablando, *ille* señala el más lejano, *hic* el más próximo. Pomponio manifiesta aquí la opinión de su siglo, en el cual nadie se atrevió á penetrar al interior del Africa, que creían inhabitable por el excesivo calor.)
3. *Porrecta*, extendiéndose.
4. *Quia sit jacet*, por ser ésta su situación.
5. *Abigit vastè cedentia litōra*, se aleja de las costas, que cada vez van apartándose más.
6. *Ex diverso*, por diversas partes.
7. *Adeò in arctum spatium agitur*, se va estrechando tanto...
8. *Laxat se rursus*, vuelve á ensancharse.
9. *Alia aliis locis cognomina acceptat*, va recibiendo diferentes nombres, según el lugar donde se le considera.
10. *Propontis*, Propóntide. (Mar de Mármara.)
11. *Bosphorus Thracius*, Bósforo de Tracia. (Estrecho de Constantinopla, que separa la Europa del Asia, y junta el mar Egeo ó Propóntide con el Ponto Euxino ó mar Negro.)
12. *Bosphorus Cimmericus*, el Bósforo Cimerio (que une el Ponto Euxino con la laguna Meotis) (Estrecho de Cafa.)

Hoc mari, et duobus inclýtis amñibus, Tanai atque Nilo, in tres partes universa dividitur <sup>1</sup>. Tanais a septentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Mæotida defluit <sup>2</sup>: et ex diverso Nilus in Pelagus. Quod terrarum <sup>3</sup> jacet a Freto ad ea flumina, ab altèro latère Africam vocamus; ab altèro Euröpen; ad Nilum, Africam; ad Tanain, Euröpen. Ultra quidquid est, Asia est.

## III

*Breve descripción del Asia.*

Tribus hanc a partibus tangit Oceanus, ita nominibus ut locis différens. Eöus <sup>4</sup> ab oriente, a meridie Indicus, a septentrione Scythicus. Ipsa ingenti ac perpetua <sup>5</sup> fronte versa ad orientem, tantum ibi <sup>6</sup> se in latitudinem effundit, quantum Euröpe et Afríca, et quod inter ambas pelagus immissum est. Inde cum aliquaténus solida processit <sup>7</sup>, ex illo Oceáno, quem Indicum diximus, Arabicum mare et Persicum, ex Scythico Caspium recipit: et ideò quã recipit angustior, rursus expanditur <sup>8</sup>, et fit tam lata quàm fuérat.

1. *Universa dividitur in tres partes*, se divide toda la tierra en tres partes. (Mela sigue la opinión de los antiguos geógrafos, que no conocieron más que el Asia, Africa y Europa.)

2. *Defluit ferè in mediam Mæotida*, desagua casi en medio de la laguna Meotis. (*Mæotida*, acusativo griego. La terminación latina *es Mæotidem*; pero los griegos de la tercera pueden formar el acusativo en *im, in, a: Mæotim, Mæotin ó Mæotida*.)

3. *Quod terrarum, etc.* El orden directo es: *Vocamus Africam terram (ó illud terrarum), quod terrarum jacet a Freto ad ea flumina, etc.* Llamamos Africa á la tierra que se comprende desde el estrecho hasta los ríos dichos, etc. (El consiguiente del relativo, *terrarum*, está expreso: el antecedente, *terram*, oculto: el *quod* tiene sentido partitivo; y así lleva genitivo por complemento. Cuando se hallan en correspondencia, como en esta locución, las preposiciones *a, ad*, la primera significa *desde*, la segunda *hasta*.)

4. *Eous*, oriental.

5. *Ingenti ac perpetua*, muy grande y nunca interrumpida.

6. *Tantum ibi, etc.*, tiene allí tanta extensión como la Europa y el Africa. (Esto dijo Pomponio, siguiendo la opinión de su siglo, en el cual no era conocida toda la Africa.)

7. *Cum aliquatenus solida processit*, continuando sólida un corto trecho.

8. *Rursus expanditur*, vuelve á ensancharse.

Deinde cum jam in suum finem <sup>1</sup>, aliarumque terrarum confinia devénit, media nostris æquoribus excipitur; reliqua altèro cornu <sup>2</sup> pergit ad Nilum, altèro ad Tanain. Ora ejus <sup>3</sup> cum alveo Nili amnis ripis descendit in Pelagus, et diu, sicut illud incédit, ita sua litóra porrigit: dein fit venienti obviã, et primùm se ingenti ambitu incurvat <sup>4</sup>; post se ingenti fronte ad Hellesponticum fretum extendit: ab eo iterum obliqua <sup>5</sup> ad Bosphörum, iterumque ad Ponticum latus curva, aditum Mæotidos transverso margine <sup>6</sup> attingit. Ipsam gremio ad Tanain usque complexa, fit ripa quã Tanais est. In ea primos hominum ab oriente accipimus, Indos, et Seres, et Scythas. Seres media fermè Eöæ partis incolunt: Indi et Scythæ última: ambo latè patentes, neque in hoc tantum pelagus effusi. Spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici maris (nisi quoad æstus inhabitabilem efficiunt <sup>7</sup>) diu continuis gentibus occupant. Spectant et septentrionem Scythæ, ac litus scythicum (nisi unde frigoribus arcentur) usque ad Caspium sinum possident. Indis proxima est Ariane, deinde Asia et Cedrosis, et Persis ad sinum Persicum <sup>8</sup>. Hunc populi Persarum ambiunt, illum altèrum Arabes. Ab his <sup>9</sup>, quod in Africam restat, Æthiöpum est. Illic Caspiã, Scythis proximi, sinum Caspium cingunt. Ultra Amazönes <sup>10</sup>, ultraque eas Hyperborei esse memorantur. Interiöra terrarum multæ variæque gentes habitant; Gandäri et Pariãni, et Bactri, Sogdiãni, Harmatotröphi, Comäræ; Comani, Paropanisii, Dahæ, super Scythas, Scytharumque deserta. At super Caspium sinum Chomäri, Masagetæ, Cadusii, Hyrcãni, Ibëri; super Amazönas et Hyperboreos, Cimerii, Cissi, Heniochoe, Georgi, Moschi, Cercëtæ, Toretæ, Arimphæi: atque ubi in nostra maria tractus excédit <sup>11</sup>, Matïãni, Tibarãni: et, notiöra jam nomi-

1. *In suum finem*, á su término. (El cabo de Buena Esperanza.)

2. *Altero cornu*, por la una punta.

3. *Ora ejus*, su extremidad.

4. *Incurvat se ingenti ambitu*, se dobla haciendo un gran circuito. (El golfo de Iso, ó Layazo, en los confines de la Siria.)

5. *Iterum obliqua*, torciendo otra vez.

6. *Transverso margine*, formando un ángulo.

7. *Nisi quoad æstus efficiunt inhabitabilem*, excepto la parte donde no se puede habitar por el excesivo calor.

8. *Ad sinum Persicum*, junto al golfo Pérsico.

9. *Ab his*, fuera de estos.

10. *Amazones*, las Amazonas.

11. *Ubi tractus excédit*, conforme nos vamos aproximando.

na <sup>1</sup>, Medi, Armenii, Commagēni, Mariandyni, Venēti, Cappadoces, Gallogræci, Lycaones, Phruges, Pisidæ, Isauri, Lydi, Syro-cilices. Rursus ex his quæ meridiem spectant, eadem gentes interiora et litōra tenent <sup>2</sup> usque ad sinum Persicum. Super hunc sunt Parthi, et Assyrii: super illum altērum Babylonii, et super Æthiōpas Ægyptii. Ripis Nili amnis et mari proxima <sup>3</sup>, iidem Ægyptii possident. Deinde Arabia angusta fronte sequentia litōra attingit. Ab ea usque ad flexum illum, quem supra retulimus <sup>4</sup>, Syria: et in ipso flexu, Cilicia: extrā autem Lycia et Pamphilia, Caria, Jonia, Æolis, Troas usque ad Hellespontum. Ab eo Bithŷni sunt ad Thracium Bosphōrum. Circa Pontum aliquot popŷli, alio, aliōque fine <sup>5</sup>, uno omnes nomine Pontici. Ad lacum, Mæotici: ad Tanain, Sauromætæ.

## IV

*Breve descripci3n de Europa.*

Eurōpa terminos habet, ab oriente Tanain, et Mæotida, et Pontum; a meridie, reliqua nostri maris; ab occidente Atlanticum; a septentrione Britannicum oceānum. Ora ejus formā litōrum a Tanai ad Hellespontum <sup>6</sup>, quā ripa est dicti amnis, quā flexum

1. *Notiora jam nomina*, cuyos nombres nos son más conocidos.
2. *Tenant interiora et litōra*, ocupan el interior y las costas marítimas. (Estos pueblos son los Indios, Arianos, etc., que habitan en la parte meridional del Asia, y de los cuales dijo más arriba que son *latē patentes*: á ellos de consiguiente se refiere el *eadem gentes*, y no á los últimos que se citan en el texto. Había hablado Mela de los habitantes del Asia oriental, y después de los de la meridional y septentrional. Restábale hablar del interior, y dice que le ocupan las mismas gentes que poco antes manifestó que habitaban las costas.)
3. *Proxima loca ripis Nili amnis, et mari*, las inmediaciones del Nilo y del mar.
4. *Usque ad flexum illum, quem supra retulimus*, hasta el golfo de que arriba se habló. (El de Iso ó Layazo.)
5. *Alio, aliōque fine*, que confinan de diversos modos.
6. *Ora ejus formā litōrum a Tanai ad Hellespontum*, su extremidad, atendida la forma de las costas desde el Tanais al Helesponto.... (Aquí se vé claramente la diferencia entre *litus* y *ora*: ambos significan la costa; pero *litus* designa propiamente un trozo recto y seguido; *ora*, toda la costa marítima en general, cualquiera que sea su forma. De consiguiente, el segundo se toma en una acepci3n más lata que el primero.)

palūdis ad Pontum redigit <sup>1</sup>, quā Propontidi et Hellesponto latēre adjācet, contrariis litoribus Asiæ non opposita modò, verum etiam similis est. Inde ad Fretum, nunc vastè retracta, nunc promīnens <sup>2</sup>, tres maximos sinus efficit, totidemque in altum se magnis frontibus evēhit <sup>3</sup>. Extra Fretum ad occidentem inæqualis admōdum, præcipuè media <sup>4</sup>, procurrit ad septentrionem, nisi ubi semel iterumque grandi recessu abducitur <sup>5</sup>, penè ut directo limite extenta est. Mare, quod primo sinu accipit, Ægæum dicitur: quod sequenti, in ore, Ionium; Adriaticum, interius: quod último, nos Tuscum, Graji Tyrrhēnum perhibent <sup>6</sup>. Gentium prima est Scythia, alia quàm dicta est, a Tanai in medio ferme Pontici latēris: hinc in Ægæi partem pertīnens Thracia Macedoniæ adjungitur. Tum Græcia prominent, Ægæumque ab Ionio mari dirimit <sup>7</sup>. Adriatici latus Illŷris occūpat. Inter ipsum Adriaticum et Tuscum Italia procurrit <sup>8</sup>. In Tusco intimo Gallia est, ultrā Hispania. Hæc in occidentem, diuque etiam ad septentrionem, diversis frontibus vergit. Deinde rursus Gallia est, longè et a nostris litoribus <sup>9</sup> huc usque permissa. Ab ea Germāni ad Sarmātas porriguntur, illi ad Asiam.

## V

*Breve descripci3n del África.*

África ab orientis parte Nilo termināta, Pelāgo a cetēris, brevior est quidem quàm Eurōpe, quia nec usquam Asiæ, et non totis hūjus litoribus obtenditur: longior tamen ipsa quàm latior, et,

1. *Qua redigit flexum paludis ad Pontum*, por donde se comunica con el Ponto la vuelta de la laguna.
2. *Nunc vastè retracta, nunc prominens*, retirándose unas veces á gran distancia, y elevándose otras.
3. *Evēhit se in altum totidem magnis frontibus*, se va elevando desde allí, presentando tres grandes eminencias.
4. *Præcipuè media*, especialmente en el centro.
5. *Nisi ubi abducitur semel iterumque grandi recessu*, excepto una ú otra vez que se retira formando un golfo. (Uno en Fuenterrabía, otro en Alemania y otro en el Quersoneso. El verbo *abducitur* le es muy familiar á este escritor, y le emplea muchas veces como equivalente á *retrahitur*.)
6. *Perhibent*, le llaman.
7. *Dirimit*, separa.
8. *Procurrit*, se extiende.
9. *A nostris litoribus*, de nuestras costas. (Las del mar Mediterráneo.)

quã ad fluvium <sup>1</sup> attingit, latissîma. Utque inde procēdit, ita media præcipuè in juga exsurgens <sup>2</sup>, pergit incurva ad occāsum, fastigiatque se molliter <sup>3</sup>: et ideo ex spatio paulatim adductior <sup>4</sup>, ubi finitur, ibi maximè angusta est. Quantum incolitur <sup>5</sup>, eximie fertilis: verùm quod plerâque ejus inculta <sup>6</sup>, et aut arēnis sterilibus obducta, aut ob sitim cœli terrarumque deserta sunt <sup>7</sup>, aut infestantur multo ac malefico genēre animalium <sup>8</sup>, vasta est magis, quàm frequens <sup>9</sup>. Mare quo cingitur a septentrione, Liby-cum; a meridie, Æthiopicum, ab occidente Atlanticum dicimus. In ea parte, quæ Libyco adjacet, proxima Nilo provincia, quam Cyrēnas vocant: dein, cui totius regiōnis vocabulo cognōmen inditum est, Africa <sup>10</sup>. Cetera Numidæ et Mauri tenent; sed Mauri et in Atlanticum pelagus expositi <sup>11</sup>. Ultrâ Nigritæ sunt, et Pharusii, usque ad Æthiōpas <sup>12</sup>. Hi, et reliqua hujus, et totum latus, quod meridiem spectat, usque in Asiæ confinia possident. At super ea, quæ Libyco mari abluuntur, Lybies Ægyptii sunt, et Leucæthiōpes; et natio frequens <sup>13</sup> multiplexque, Gætuli. Deinde latè

1. *Ad fluvium*, al Nilo.

2. *Ita media præcipuè exsurgens in juga*, así empezando á formar grandes montañas en el centro (desde la Numidia.)

3. *Fastigiatque se molliter*, y se va estrechando algo en forma de punta.

4. *Adductior paulatim*, estrechándose insensiblemente y cada vez más.

5. *Quantum incolitur*, la parte habitada. (*Quantum*, acusativo común regido de una preposición oculta. En este escritor se halla muy frecuentemente el acusativo construido con verbos pasivos y adjetivos.)

6. *Pleraque loca ejus sunt inculta*, la mayor parte de su terreno está inculto.

7. *Aut deserta sunt ob sitim cœli terrarumque*, ó desierto por la falta de lluvias y la aridez de su suelo.

8. *Multo ab malefico genere animalium*, por haber allí muchas clases de animales feroces.

9. *Frequens*, poblada. (Vid. not. 2, pág. 75.)

10. *Africa*, el África menor, llamado hoy Berberia.

11. *Sed et Mauri sunt expositi in Atlanticum pelagus*, pero los moros se extienden además hasta el mar Atlántico.

12. *Usque ad Æthiōpas*, hasta los Etiopes. (*Æthiōpas*, acusativo griego de la tercera declinación. Pudo decir *Æthiopes*, adoptando la forma latina.)

13. *Gætuli; natio frequens, multiplexque*, los Gétulos, nación dilatada y extendida. (*Gætuli, natio*, casos de aposición; puede formarse oración de relativo, diciendo *Gætuli, qui sunt natio*, ó mejor

vacat regio <sup>1</sup>, perpetuo tractu inhabilitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas, post Angilas et Trogloditas, et ultimos ad occāsum Atlantas audimus. Intra (si credere libet) vix jam homines, magisque semiferi <sup>2</sup>, Ægipānes, et Blemyes, et Gamphasantes, et Satyri, sine tectis ac sedibus <sup>3</sup> passim vagi, habent potiùs terras, quàm habitant.

Hæc summa nostri orbis, hæ maximæ partes, hæ formæ, gentesque partium.....

## VI

*Descripción de la Italia.*

Italia ab Alpibus incipit in altum excedere <sup>4</sup>; atque ut procedit <sup>5</sup>, se media perpetuo jugo Apennini montis attollens inter Adriaticum et Tuscum, sive (ut aliter eadem apellantur) inter superum mare et inferum excurrit diu solida. Verùm ubi longè abit, in duo cornua <sup>6</sup> finditur, respicitque altèro Siculum pelagus <sup>7</sup>, altèro Jonium; tota angusta, et alicubi multo, quàm unde cœpit, angustior. Interiōra ejus aliæ aliæque gentes <sup>8</sup>; sinistrâ parte Carni et Veneti <sup>9</sup> colunt Togatam Galliam: tum Italici populi, Picentes <sup>10</sup>, Frentani, Dauni, Apuli, Calabri <sup>11</sup>, Sallentini Ad dextram sunt sub Alpibus Ligures <sup>12</sup>, sub Apennino Etruria <sup>13</sup>,

*Gætuli*, quæ est natio; porque *qui, quæ, quod*, entre dos sustantivos á los cuales hace igual referencia, puede concertar con el uno ó el otro, pero mejor con el último.)

1. *Regio vacat late*, está despoblado el país en una extensión muy dilatada.

2. *Semiferi*, salvajes.

3. *Sine tectis ac sedibus*, sin hogar ni domicilio.

4. *Excedere in altum*, á elevarse.

5. *Ut procedit*, conforme va avanzando.

6. *In duo cornua*, en dos promontorios.

7. *Siculum pelagus*, el mar de la Sicilia.

8. *Aliæ, aliæque gentes colunt interiora ejus*, el interior está habitado por pueblos diferentes.

9. *Carni et Veneti*, los Carnioleses y Venecianos.

10. *Picentes*, los de la marca de Ancona.

11. *Frentani*, los Samnitas: *Apuli*, Pulleses: *Calabri*, Calabreses.

12. *Ligures*, los Genoveses.

13. *Etruria*, la Toscana.

post Latium Volsci, Campania, et super Lucaniam Brutii <sup>1</sup>. Urbium, quæ procul a mari habitantur, opulentissimæ sunt ad sinistram Patavium Antenoris <sup>2</sup>, Mutina et Bononia <sup>3</sup>, Romanorum coloniarum: ad dextram Capua a Tuscis, et Roma quondam a pastoribus condita; nunc, si pro materia dicatur, alterum opus <sup>4</sup>. At in oris proxima est a Tergeste <sup>5</sup> Concordia. Interfluit Timævus, novem capitibus exurgens uno ostio emissus: deinde Natiso non longè a mari ditem attingit Aquilejam. Ultra est Altinum. Superina latè occupat litora Padus <sup>6</sup>. Namque ab imis radicibus Vesulii montis exortus <sup>7</sup>, parvis se primùm e fontibus colligit, et aliquatenus exilis ac macer <sup>8</sup>, mox aliis amnibus adeò augescit, atque alitur, ut se per septem ad prostrènum ostia effundat. Unum de eis magnum, Padum appellant. Inde tam citus prosilit, ut discussis fluctibus diu, qualem emisit undam agat, suumque etiam in mari alveum servet; donec eum ex adverso litore Istriæ eodem impetu profluens, Ister amnis <sup>9</sup> excipiat. Hac re per ea loca navigantibus, quæ utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium haustus est <sup>10</sup>. Á Pado ad Ancōnam, Ravenna, Ariminum <sup>11</sup>, Pisaurum, Fanestris colonia; flumen Metaurus, atque Æsis <sup>12</sup>. Ex in illa in angusto duorum promontoriorum ex diverso coeuntium, inflexi cubiti imagine <sup>13</sup> sedens, et ideo a Grajis dicta Ancon, inter Gallicas. Italicasque gentes quasi terminus intèrest. Hæc prægres-

1. *Brutii*, pueblos del Abruzzo.
2. *Patavium Antenoris*, Padua, fundada por Antenor.
3. *Mutina*, Módena: *Bononia*, Bolonia.
4. *Nunc, si pro materia dicatur, alterum opus*: si hubiéramos de hablar ahora de la magnificencia de Roma, sería preciso escribir una obra aparte. (*Alterum opus*, oración elíptica, en la cual falta el verbo *scribendum foret*. *Dicatur* está en lugar de *Diceretur*.)
5. *Tergeste*, Trieste.
6. *Padus*, el Pó.
7. *Exortus ab imis radicibus Vesuli montis*, naciendo en las faldas del Monviso.
8. *Exilis ac macer* (Metáfora), poco abundante y caudaloso.
9. *Ister amnis*, el Danubio.
10. *Haustus dulcium aquarum est inter marinas aquas navigantibus per ea loca*, los que por allí navegan pueden proveerse de agua dulce tomándola del mar.
11. *Ariminum*, Rimini: *Pisaurum*, Pésaro.
12. *Metaurus atque Æsis*, el Metro y el Esino.
13. *Imagine cubiti inflexi*, en figura de un codo doblado.

sos <sup>1</sup> Piceni litora excipiunt: in quibus Numana, Potentia, Cluana, Cupra, urbes; castella autem Firmum, Adria, Truentinum <sup>2</sup>; id ei fluvio, qui præterit <sup>3</sup>, nomen est. Ab eo Frentani jam Matrini habent ac Aterni fluminis ostia; urbe: Bacam et Histonium: Dauni autem Tifernum amnem: Cliterniam <sup>4</sup>, Catinum, Teanum oppida; montemque Garganum <sup>5</sup>. Sinus est continuo Apulo litore incinctas, nomine Urias, modicus spatio, pleræque asper accessu <sup>6</sup>; extrà Sipontum, vel (ut Graji dixere) Sipus; et flumen, quod Canusium attingens, Aufidum appellant: post Barium <sup>7</sup>, et Gnatia, et Ennio cive nobiles Rudia <sup>8</sup>: etiam in Calabria Brundisium, Valentium, Lupia <sup>9</sup>, Hydrus mons: tum Salentini campi, et Salentina litora, et urbs Graja Collipolis. Hucusque Adria, hucusque Italiae latus alterum pertinet. Frons ejus in duo quidem se cornua (sicut supra diximus) scindit. Ceterum mare, quod inter utraque admittit, tenuibus promontoriis semel iterumque distinguens, non uno margine circuit, nec diffusum, patensque, sed per sinus recipit. Primus Tarentinus dicitur, inter promontoria Salentinum et Lacinium; in eoque sunt Tarentus, Metapontum, Heraclea, Croto <sup>10</sup>, Thurium: secundus Scylaceus, <sup>11</sup> inter promontoria Lacinium <sup>12</sup> et Zephyrium <sup>13</sup>; in quo est Petilia, Carcinus, Scylaceum, Mystia:

1. *Hæc prægressos*, etc., siguiendo adelante, se presentan luego las costas del Piceno. (Marca de Ancona.)
2. *Firmum*, Fermo: *Truentinum*, Trento.
3. *Fluvio qui præterit*, por el río que la baña.
4. *Tifernum amnem*, el Biserno: *Cliterniam*, Cliterno.
5. *Montemque Garganum*, y el monte Gárgano. (Hoy *Santángelo*.)
6. *Pleraque loca asper accessu*, de difícil acceso en su mayor parte. (*Pleraque asper*: el acusativo *pleraque* está regido de una preposición oculta, como si dijera: *asper* circa loca *pleraque*. Estas construcciones son muy frecuentes en el verso: en la prosa es preferible usar del ablativo.)
7. *Canusium*, Canosa: *Aufidum*, Ofanto: *Barium*, Bari.
8. *Rudia nobiles cive Ennio*, Rudio, famosa por ser la cuna de Enio. (Ya no existe esta ciudad, en la cual nació Q. Enio, escritor de comedias, tragedias, anales, y de la segunda guerra púnica, de cuyas obras sólo han quedado algunos fragmentos, que prueban fue hombre de grande ingenio, aunque toscó y desaliñado en el estilo.)
9. *Brundisium*, Brindis: *Lupia*, por otro nombre *Hidrintum*, Otranto.
10. *Croto*, Crotona.
11. *Secundus dicitur Scylaceus*, el segundo se llama golfo de Esquillaci.
12. *Lacinium*, Lacinio. (Hoy cabo de las Columnas.)
13. *Zephyrium*, cabo del Sol: *Petilia*, Policastro.

tertius inter Zephyrium et Brutium, Consentiam <sup>1</sup>, Cauloniam, Locrosque circumdat. In Brutio sunt Columna Rhegia, Rhegium, Scylla, Taurianum, et Metaurum. Hinc in Tuscum Mare est flexus, et ejusdem terræ latus alterum Medama, Hippo, nunc Vibon <sup>2</sup>, Temessa, Clamptia, Blanda, Buxentum, Velia, Palinurus, olim Phrigii gubernatoris, nunc loci nomen, Pæstannus sinus <sup>3</sup>, Pæstum oppidum, Silerus amnis, Picentia, Petræ, quas sirènes habitavere <sup>4</sup>, Minervæ promontorium, omnia Lucaniæ loca; sinus Puteolanus, Surrentum <sup>5</sup>, Herculaneum, Vesuvii montis aspectus, Pompeji, Neapolis <sup>6</sup>, Puteoli, lacus Lucrinus, et Avernus, Bajæ, Misenum (id nunc loci, aliquando Phrigii militis nomen), Cumæ, Liternum, Volturnus amnis, Volturnum oppidum, amœna Campaniæ litora; Sinuessa, Liris <sup>7</sup>, Minturnæ, Formiæ, Fundi <sup>8</sup>, Tarracina, Circes domus aliquando Circeji, Antium, Aphrodisium, Ardea, Laurentium <sup>9</sup>, Ostia, citra Tiberim <sup>10</sup> in hoc latere sunt; ultra Pyrgi <sup>11</sup>, Minio, Castrum novum, Gravissæ, Cosa, Telamon, Populonia, Cecina, Pisæ, Etrusca et loca, et nomina. Deinde

1. *Consentiam*, Cosenza: *Cauloniam*, Castelvetero.
2. *Hippo, nunc Vibon*, Hipona, hoy Vibovalencia: *Temessa*, Temsa.
3. *Pæstannus sinus*, el golfo Salerno: *Silerus amnis*, el Silaro.
4. *Petræ quas Sirenes habitavere*, los peñascos donde habitaron las Sirenas. (Las Sirenas, según la mitología, desconfiando de poder encontrar á su amiga y compañera Proserpina, robada por Plutón, después de haberla buscado inútilmente por todo el mundo, se volvieron á Sicilia y se establecieron en un promontorio llamado Sirenusa, entre las costas de la isla de Capria y la Italia. Desesperadas por la astucia de Ulises, que por no dejarse cautivar de su canto se tapó los oídos, haciéndose atar además al mástil del navio, se arrojaron al mar, y fueron admitidas en la corte de Neptuno, según unos, ó convertidas en peñascos, según otros.)
5. *Surrentum*, Sorrento: *Herculaneum*, Herculano ó Torre del Greco. (Esta ciudad ya no existe: varios terremotos y las erupciones del Vesubio la sepultaron entre sus escombros y cenizas en tiempo de Nerón y Tito. Reinando nuestro católico monarca Carlos III, fue descubierta con muchos y muy preciosos monumentos de la antigüedad.)
6. *Neapolis*, Nápoles: *Puteoli*, Puzol: *Bajæ* Bayas: *Cumæ*, Cumas: *Liternum*, Torre de Patria.
7. *Liris*, el río Garillan.
8. *Fundi*, Fondi.
9. *Laurentium*, Laurento. (Hoy San Lorenzo.)
10. *Citra Tiberim*, del lado de acá del Tiber.
11. *Pyrgi*, Civitavecchia: *Castrum novum*, Corneto: *Populonia*, Piombino: *Pisæ*, Pissa.

Luna Ligurum, et Tigulia, et Genua <sup>1</sup>, et Sabatia et Albingauntum; tum Paulo et Varum flumina, utraq̃ue ab Alpibus delapsa; sed Varum, quia Italiam finit, aliquanto notius. Alpes ipsæ ab his litoribus longè latèque diffusæ, primò ad septentrionem magno gradu excurrunt <sup>2</sup>: deinde ubi Germaniam attigerunt, verso impetu <sup>3</sup> in Orientem abeunt, diremtisque populis immanibus <sup>4</sup>, usque in Thraciam penètrant.

## VII

*Descripción de la Galia Narbonense ó Provenza.*

Galia Lemano lacu et Cebennicis montibus <sup>5</sup> in duo latera divisa, atque altero Tuscum pelagus <sup>6</sup> attingens, altero Oceanum, hinc a Varo, illinc a Rheno, ad Pyrenæum usque permittitur <sup>7</sup>. Pars nostro mari apposita (fuit aliquando Braccata <sup>8</sup>, nunc Narbonensis) est magis culta, et magis consita, ideòque etiam lætior. Urbium, quas habet, opulentissimæ sunt Vasio Vocontorium, Vienna Allobrogum, Avenio <sup>9</sup>, Cavarum, Arecomicorum, Nemausus, Tolosa Tectosagum, Secundanorum Arausio, Sextanorum Arelate, Septimanorumque Bæterræ. Sed antestat omnes Atacinarum Decimanorumque colonia, unde olim his terris auxilium fuit, nunc et nomen, et decus est, Martius Narbo <sup>10</sup>. In litoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca; ceterum raræ urbes, quia rari portus, et omnis plaga austro atque africo exposita est <sup>11</sup>.

1. *Genua et Sabatia*, Génova y Savona: *Albingauntum* Arvenga.
2. *Excurrunt magno gradu*, se extienden mucho.
3. *Verso impetu*, mudando de dirección.
4. *Diremtisque populis immanibus*, y separando los pueblos bárbaros ó salvajes.
5. *Lemano lacu, et Cebennicis montibus*, por el lado de Ginebra y los Cebenos.
6. *Tuscum pelagus*, el mar de la Toscana.
7. *Permittitur usque ad Pyrenæum*, se extiende hasta el Pirineo.
8. *Fuit aliquando Braccata*, se llamó en otro tiempo Bracata. (Este nombre le dieron antiguamente los Romanos para distinguirla de la provincia Comata y de la Togata.)
9. *Avenio*, Aviñón: *Nemausus*, Nîmes: *Arausio*, Orange: *Arelate*, Arlés: *Bæterræ*, Beziers.
10. *Narbo*, Narbona.
11. *Omnis plaga exposita est austro atque africo*, toda aquella región está batida por el vendaval y el sudoeste.